*rolum quendam gallie principem florentiam misit qui cum ob (44) venerationem summi pontificis tum etiam ob (45) reverentiam nominis gallici benigne in urbe susceptus (46) non multo post nigros ab exilio revocavit et albos quoque propter relationem quamdam petri ferrantis satrapis sui urbe ipsa exegit: is namque tres quosdam albos summopere ab eo postulasse (47) asserebat cum carolo ita ageret ut pars sua superior in civitate remaneret: id si faceret ipsos pratum oppidum (48) pollicitos fuisse in manu sua tradere pre se ferebat. hujus postulationis litteras petentium sigillis obsignatas demonstrabat que cum aliis quibusdam publicis scriptis etiam nunc temporibus nostris in palatio visuntur. In hac alborum relegatione quamquam dantes orator ad summum pontificem civilis concordie causa legatus esset ob infausta tamen prioratus sui comitia ut ipse quodam loco dicit exilio per iniquissimam quamdam acperversissimam legem damnatus est: qua cavebatur ut pretor urbanus de erratis quondam in prioratu perpetratis quamquam absolutio processisset cognoscere tamen et punire teneretur: hac ergo lege (49) dantes citatus cum non compareret exilio et proscriptione iniquissime damnatur. Quo circa plebs ipsa novarum rerum cupida paucis post diebus ad domos nuper relegatorum diripiendi causa cucurrit (50). Unde urbanas eorum edes pene vacuas (51) fecit*

que da tale indegnazione, un certo Carlo de' Reali di Francia mandò in Fiorenza; il quale si per venerazione del sommo Pontefice, che per riverenza del nome Francese benignamente nella città accolto, assai non lasciò scorrere di tempo, che rivocò dallo esilio i Neri; ed i Bianchi mandò fuori della città per una certa relazione di Messer Pietro Ferranti suo barone; giacchè questi asseriva, tre dei Bianchi aver da lui a viva istanza richiesto, che sì con Carlo adoperasse, da far che la loro parte rimanesse superiore nella città; se ciò facesse, diceva, aver essi promesso di consegnare Prato *(VIII)* in di lui potere. Le lettere di siffatta postulazione ci mostrava munite dei suggelli dei pretensori, le quali con alcune altre pubbliche scritte ancor di presente nel Palagio si osservano. In questa relegazione dei Bianchi, Dante, comecchè fosse stato spedito ambasciadore al sommo Pontefice per la civile concordia, pure per gl' infausti comizii del suo priorato, siccome egli stesso in alcun luogo narra, di esilio fu dannato per iniquissima legge, colla quale si prescriveva, che il Pretore urbano i falli nel Priorato innanzi commessi, contuttocchè preceduta ne fosse assoluzione, fosse tenuto prenderne conoscenza, e punirli. Per cotal legge dunque Dante citato, e non comparso, ad esilio, e proscrizione iniquamente vien condannato *(IX)*. Perchè la plebe istessa ansiosa di novità pochi di appresso corse alle case de' testè relegati con animo di porle a sacco. Quindi le loro abi-

*predia vastavit singula denique ipsorum bona vel in erarium redacta vel certe victoribus condonata.*

*Sed utinam Florentia mater scelestum hoc facinus nequaquam perpetrasses ne in tantam ac tam singularem ignominie notam perpetuo incidisses : hoc equidem poete tui exitium tibi ac nomini tuo tam infame tamque ignominiosum nequeo pro virili etiam nunc equo animo tolerare. Si itaque hoc loco me diutius continere non possum quin vehementer exclamem* (52) *ut ait ille parce precor florentia mater. o stultas hominum mentes o ingratas civium contentiones o injustas mortalium actiones quid consequi putabas florentia parens si tantum ac tam singularem poetam prestantem civem tuum atque de te optime meritum in exilium egisses ? gloriam et honorem si loqui posses te dicturam arbitrarer. Atqui vide etiam atque etiam considera tametsi hec tua presens consideratio nihil prodesse possit quominus tuum illud gloriosum nomen per universum pene terrarum orbem dedecoratum esse videatur. Vide inquam quanquam hec tua gloriosa cogitatio inanis frivola ac vana extiterit tantum enim abest ut ex hoc poete tui exilio gloriam consequaris quod maxima incredibilique ignominia apud omnes orbis terrarum nationes non injuria notata esse videaris. At fortasse dices civilium partium studia hec atque hujusmodi facinora perpetrare*

tazioni dentro città lasciò vôte quasi del tutto; i predî devastò; ed il rimanente dei loro beni furono o incorporati all' Erario, o dati in preda a' vincitori.

Ma fosse, che tu Patria Firenze nn sì atroce delitto non avessi commesso; perpetualmente non avresti meritato al certo tanta, e sì grave marca d'igoominia! Questo esiglio in vero del tuo poeta, che sì vituperevole rende il nome tuo, non posso per quanto mi vaglia, anche al preseote di quieto animo tollerare. Se pertanto in questo non mi è possibile più lungamente intertenermi, senza che al par di lui con veemenza sclami « Perdona, ti prego, o madre Fiorenza! O stolte menti degli nomini! o indegne contese de' cittadini! o ingiusti procedimenti dei mortali! Che ne speravi tu patria Firenze, cacciato in bando un tanto singolar poeta, un insigne tuo cittadino di te sì benemerito? Crederei, saresti a dirmi, se interloquir potessi, e onoranza, e gloria. Or vedi, e attentamente considera, comechè l'attual tua considerazione niente possa giovare, perchè il tuo nome un tempo glorioso, quasi per ogni dove non sembri disonorato; rifletti, io dico, quantunque questo tuo nobil pansiero vano affatto tornerà, tanto è lungi che gloria a te ne provvenga dall' esilio del tuo poeta, che anzi sembri essere obbietto di grande ignominia appo tutte le nazioni del mondo non a torto divenuta. Ma forse opporrai, esser soliti gl' impegni dei civili partiti questi, e simiglianti delit-

(53) *consuesse: quod pace tua dixerim quantum ad* (54) *hoc exilium spectat verum esse non puto: nam et generosum civem et summum poetam et de patria optime meritum perpetuo exilio multatum neque apud domesticas neque etiam apud exteras nationes nullo unquam tempore legisse memini quinimmo domestice extereque nationes poetas suos non modo patria non expellebant sed magno etiam in honore eos ipsos habebant: quinimmo tanto in honore apud omnes sacrum ac venerandum poete nomen habebatur ut peregrinos externosque poetas et viventes sepe numero civitate donarent et mortuos quoque civitatis insignibus condecorarent nam ut inquit cicero in ea quam pro archia poeta oratione habuit homerum colophonii civem esse dicunt suum chii* (55) *suam judicant salamini repetunt smirni suum esse confirmant itaque etiam delubrum ejus in urbe dedicarunt: permulti alii preterea pugnant inter se atque contendunt quod etiam greca cujusdam veteris poete carmina aperte declarant: nam has septem preclaras grecie civitates samon scilicet smirnas chion colophona Pylon* (56) *Argon et athenas de homeri origine diutius inter se contendisse testantur: in quo quidem hi grecie populi platone suo pace tanti philosophi dixerim longe melius judicarunt: hic enim in politia quam finxit poetas et vivos et domesticos censet urbe pellendos: illi vero et alienos et mortuos civitate donandos multo rectius putaverunt. Sed hec greci*

ti produrre; il che dirollo a tua buona pace, non istimo esser vero in quanto che riguardi questo esilio. Percciocchè non mi ricordo aver letto dannato di perenne esilio un generoso cittadino, e sommo poeta, e benemerito de la patria nè presso le incivilite, nè presso le barbare nazioni; che anzi le culte, e le selvagge i loro vati non sol dalla patria non iscacciavano, ma in sommo onore tenevangli; e si avea in tanto pregio presso tutti il santo e venerando nome di poeta, che spesse fiate concedevasi la cittadinanza a' peregrini poeti esteri viventi, e poi morti dell' onore de la città condecoravansi. Conciossiachè, siccome narra Cicerone in quella orazione, che a favor di Archia poeta disse, i Colofonj vogliono Omero qual loro cittadino: quei di Scio lo vantan come proprio; i Salamini, e gli Smirnei il vogliono a sè, che però un tempio gli sacrarono nella città; parecchi altri ne altercano, e tra loro sel contendono; ciò che anche greci carmi di un certo antico poeta apertamente attestano, dicendo che queste sette cospicue città Elleniche, quali sono Samo, Smirne, Chio, Colofone, Pilo, Argo, e Atene, lunga pezza circa la origine di Omero tra loro disputarono: in che alcerto cotai popoli de la Grecia meglio assai, del loro Platone, il dirò con pace di un tanto filosofo, opinarono. Questi nella politica, che compose, è di avviso, doversi espellere da la città i poeti e viventi, e compatriotti; quegli per opposito doversi decorare della cittadinanza e mor-

*forsan dicet quispiam: quid romani majores tui posteaquam omni doctrinarum genere valuerunt nonne archiam anthiochensem (57) pro quo extat (58) pulcra ciceronis oratio ob id solum quod summus poeta erat civitate donarunt per multosque alios egregios poetas exteros atque alienigenos ut arbitror sua civitate decorarunt? Quod si prestantes grecie civitates fere omnes homerum quamvis alienum quia tamen poeta erat etiam post mortem tantopere repetiverunt ut de eo habendo certatim inter se contenderent: etiam romani majores tui alienigenos poetas civitate donarunt quonam modo tu florentia parens hunc tuum poetam tam egregium tamque prestantem qui et vetusta origine et singulari quadam erga te caritate tuus erat ita repudiare potuisti (59) ut eum perpetuo exilio multares? Sed hec satis presertim nunc cum nullam utilitatem possunt afferre quominus semper ob hoc tam infame poete tui exilium dedecorata esse videaris: ea exilii tempestate forsan (60) perutilia fuissent ut ipse insons magno cum (61) florentini nominis dedecore in exilium non ageretur. ceterum quum quidem facta infecta fieri non possunt saltem quod nunc in te est civis equidem tuus ut facias etiam atque etiam rogo. Sacra poete tui ossa tandem aliquando ab exilio revoca ubi ipsum multos annos postea viventem (62) ab exilio nunquam*

ti, e stranieri a maggior senno giudicarono. Ma queste cose son dei Greci, dirà taluno: che! forse i Romani tuoi precessori, dopochè fiorirono in ogni genere di dottrine, non accordarono la cittadinanza ad Archia Antiocheno, a pro di cui sta scritta elegante orazion di Cicerone, per ciò solo che quegli era sommo poeta? E come io credo, moltissimi altri valorosi poeti stranieri simimente condecorarono. Che, se le illustri città de la Grecia quasi tutte Omero quantunque alieno, perchè era poeta, anche dopo sua morte, a tanta forza richiesero, che acremente tra loro dibatterono per averselo; anche i Romani si ebbero a gran pregio novérare tra loro cittadini vati forestieri. E come mai tu patria Firenze questo tuo sì egregio, sì valoroso poeta, che tanto per vetustà di origine, per singolar carità verso di te ti apparteneva, potesti così repudiare, da punirlo di perpetuo bando? Ma basti fin quì; ora massimamente, che nulla di utilità puossene ritrarre, perchè tenuta non fossi in disonore per sì nefando esiglio del tuo poeta. Queste ragioni forse in quel tempo sciagurato dell' esilio sarebbero state utilissime, affinchè l' innocente a grao disdoro del nome Fiorentino non si fosse cacciato in bando. Del resto impossibile essendo non fare le cose già fatte, almeno ciò ch' è in te, io qual tuo cittadino ti prego, e scongiuro che vogli fare; richiama a la fine dall' esilio le sacre ossa del tuo poeta dove, molti anni anco dopo che fu esiliato vivendo, non mai lo volesti con eccesso di perti-

*pertinaciter nimis revocare voluisti: quod si feceris non modo aliqua ex parte infamia levaberis sed gloriam etiam et honorem ex hac tua sacrorum cinerum revocatione nimirum consequeris. At si hec consecuturam forte haudquaquam arbitraris illud profecto assequeris ne id tibi unquam de tuo summo poeta merito obici possit quod romanis scipio africanus exilio indignissime multatus non immerito obiecisse fertur: quamquam enim multa egregia pro romana republica facinora edidisset atque annibalem ipsum romanorum antea victorem gloriosius superasset postremo carthaginem romani imperii emulam dictioni romanorum subactam gloriosissime delevisset ob magnorum tamen gestorum suorum invidiam perpetuam singularissimarum virtutum comitem iniquissime in exilium actus cum esset hec verba indignabundus ad extremum vite proposuisse traditur. Ingrata patria non habebis ossa mea et que sequuntur. Sed redeamus quandoquidem nostro erga te offitio functi esse videmur unde digressi* (63) *sumus.*

*Summus igitur poeta o scelus indignum! quanquam rome ad summum pontificem florentini populi nomine civilis concordie causa legatus esset exilio tamen iniquissime damnatur. Proinde illinc abiens senas contendit, ibi de calamitate sua certior factus cum omnes redeundi in patriam aditus post aliquot annos in-*

nacia rivocare. Il che, se avrai fatto, non solo in parte ti torrai d' infamia; ma bensì troppo di gloria, e di onore per cotal revocazione de le sacre ceneri sicuramente conseguirai. Ma se tutto questo forse dubiti non potere acquistare, per fermo almeno te ne verrà, che non mai ti si possa meritamente rimproocciare intorno al tuo gran vate ciò, che Scipione Africano indegnamente di esilio dannato, dicesi, aver di ragione contrapposto a' Romani. Dapoichè quantunque fatto avesse molte segnalate imprese a pro della Romana Repubblica, e lo stesso Annibale pria vincitor dei Romani a maggior vanto superato avesse, e distrutta in fine Cartagine emula dell' Impero Romano, già al suo dominio gloriosamente aggiogata; pure messo iniquamente in bando per invidia di tanti suoi magnanimi fatti, la quale è indivisibil compagna delle più distinte virtù, nell' estremo di della sua vita, raccontasi, con grave disdegno aver siffatte parole profferito. » Ingrata patria non avrai le mie ossa » e quel che segue. Or là torniamo, poichè pare, le nostre parti officiose verso di te aver già compiute, d' onde abbiam preso le mosse.

Il famoso poeta dunque, oh indegna scelleraggine! comechè a Roma in nome del popolo Fiorentino, per apportar la civile concordia, al sommo Pontefice fosse spedito, pure di esilio è iniquamente dannato. Perchè partendosi da lì, prese per alla volta di Siena. Quivi de la sua sciagura fatto consapevole, vedendo dopo più anni, tutte le via

*terclusos animadverteret ceteris exulibus adherere statuit. Itaque cuncti exules gargonse congregati sedem suam aretii constituerunt; ibi ducem belli alexandrum romene comitem delegerunt duodecimque consiliatos gerendis rebus prefecerunt e quorum numero dantes fuit atque per hunc modum spem suam in patriam revertendi in dies perpetuo pascebant donec magna complicum manu comparata reditum enixe tentarent* (64): *ingenti etenim multitudine non modo exulum sed familiarium etiam ex bononia et pistorio congregata urbem incautam subito aggrediantur. siquidem unam ejus portam animose eripientes urbem intrarunt: ad extremum tamen superati insalutato ut dicitur hospite exinde fugientes recesserunt* (65) *Dantes autem ob hos irritos exulam conatus* (66) *spe redeundi amissa ex aretio* (67) *veronam se contulit quo in loco ab Alberto Scala veronensium principe* (68) *benigne admodum receptus est ibique aliquandiu commoratus aliam revertendi viam tentare statuit: nam benigne et humane erga populum florentinum se gerens per spontaneam revocationem in patriam remeare querebat. Quo circa in hoc proposito perseverans complures epistolas et ad privatos cives et ad populum conscripsit: principium epistole ad populum scripte hujsmodi est: popule mi quid tibi feci et que sequuntur. bononiam postea perrexit: ubi et si parum commoraret* (69)

al suo ritorno in patria precluse, statui agli altri esuli collegarsi. Pertanto tutti gli usciti congregati in Gargonza, fermarono loi sede in Arezzo. Quivi crearono lor capitano Alessandro Conte di Romena, e dodici consiglieri preposero al maneggio degli affari, fra' quali fu Dante annoverato; così la loro speranza di tornare a le patrie mura sempre più alimentavano; fintantochè raccolto gran numero di complici, il ritorno a tutto sforzo ne tentassero. Adunata una ingente moltitudine non sol di esuli, ma bensì di amici e da Bologna, e da Pistoja, di repente assalgono la città mal preparata; sicchè presa animosamente una de le porte, entrarono improvvisi nella medesima; ma superati finalmente, l' oste non salutato, come è uso di dire, dandosi a le gambe, recedettero. Dante per cotali vani sforzi degli esuli perduta la speranza della sua tornata, da Arezzo mosse per Verona; dove troppo cortesemente da Alberto de la Scala Principe Veronese accolto, e dimoratovi alcun tempo, determinò altra via tentare pel suo ritorno in patria. A tale scopo dolcemente diportandosi verso il popolo Fiorentino, cercava, per ispontanea rivocazione di chi reggeva, potervi tornare. Perchè in tal proposito durando, molte lettere e a privati cittadini, e al popolo scrisse: così comincia quella al popolo indiritta » Popol mio che mai ti ho fatto? e ciò che segue. Dappoi tenne verso Bologna, ove tuttochè poco fosse dimo-

*philosophie tamen operam dedit patavium dien contendit: inde rursus verouam repetens variis cogitationibus ob multiplices exilii curas agitabatur. postea vero quam uudique sibi preclusam reversionis sue spem atque in dies inaniorem fieri animadverterit in gratiam rursus cum libris ut inquit cicero redire statuit cum quibus primum tot annos ob reipublice gubernationem ob civiles dein discordias ob varias denique exilii curas diuturnum bellum jampridem iudixerat: proinde non etruria solum sed universa quoque italia derelicta in parisientium* (70) *urbem studiorum dumtaxat gratia se contulit quippe in hoc loco divinarum et humanarum rerum studia ceteris orbis* (71) *terrarum locis celebratiora consensu omnium ferebantur. ibique ceteris omnibus posthabitis naturalium* (72) *ac divinarum rerum studiis assiduam et pene incredibilem operam navavit in quibus usque adeo prefecit ut in frequentissimis commemoratarum* (73) *rerum disceptationibus pro more civitatis et magnos quidem philosophos et quos etiam theologos vocant una voce omnium sepe numero superaret: dum itaque in hujusmodi humanitatis studiis quietissime simul atque securissime viveret ecce nova quedam cogitatio ut est natura nostrarum rerum fragilis atque caduca subito irrepsit que quidem sua hec pertranquilla ac divina studia inportune admodum perturbavit atque pervertit. herricus enim nuper ad imperium legitime delectus imperatorque populorum pene omnium con-*

rato, pure studiò filosofia (x). In seguito si partì per Padova. Di nuovo poi tornato a Verona, per le moltiplici cure dell'esilio da varii pensieri era fortemente travagliato. E poichè fecesi accorto, da ogni lato venirgli tronca la speranza del ritorno, che sempre più svaniva, rimettersi in grazia coi libri, al dir di Tullio, deliberò; ai quali molti anni prima a cagion del governo della Repubblica, poi delle civili discordie, in fine per le traversie dello esilio, avea già diuturna guerra intimato. Perchè l' Etruria, e tutta Italia abbandonata a sola cagione degli studii, portossi a Parigi. In quella certamente per comune consentimento, più che in qualunque altra parte dell' Orbe, riguardavansi come più celebri gli studii delle divine ed umane cose. Quivi messo da banda tutto altro, assidua, ed infaticabile opera diede agli studii delle divine e naturali scienze, nelle quali tanto progredì a buon successo, che in ispessissime dispute sulle cose predette, secondo l' usanza della città, soventi volte per unanime applauso vantaggiò e grandi Filosofi, e rinomati Teologi. Mentre intanto a siffatti studii di umanità quieto, e sicurissimo vivea dedito, ecco, che un nuovo pensamento, siccome è proprio de la nostra frale instabil natura, vennegli in mente, che troppo importunamente quei suoi tranquilli e divini studii sturbò, e confuse. Imperciocchè Arrigo scelto di recente, e legittimamente allo Impero, ad Augusto Imperadore per universal consentimento dei popoli chia-

*sensu augustus appellatus e germania abiit italiam infesto exercitu petiturus quem ubi dantes jam in italiam intrasse brixiamque non parvam citerioris gallie urbem ingentibus equitum ac peditum copiis obsedisse accepit tempus opportunum sui reditus venisse ratus statuit rursus italiam repetere. Quamobrem una cum pluribus et guelfarum et nigrarum partium infestis hostibus alpibus superatis herrico quoquo modo suadere nitebantur* (74) *ut brixie obsidione obmissa florentiam faustis exercitibus suis peteret id propterea facile impetrare nisi sunt quod herricus ab initio sue electionis legatos florentiam miserat ut ejus in italiam adventum florentinis nuntiarent postularentque ut in urbe sua receptaculum sibi prepararent ac bello quod tunc adversus aretinos forte gerebant se abstinerent. hec legatio quanquam benigne admodum publice ut ab eis efflagitatum fuit audita esset quantum tamen ad sua postulata pertinere videbatur spreta, ac neglecta est. hujus rei hac ipsa tempestate memor herricus florentinorum exulum variis persuasionibus cedere constituit. Quo circa brixie obsidione penitus obmissa florentiam versus ire contendit. per ligures igitur iter faciens tyrrenumque mare ingressus cum triginta navibus longis pisas devenit atque deinde romam versus ut imperii coronam assumeret iter arripuit quoniam vero propter multiplices reipublice discordias*

mato, dilungossi da la Germania, per venire nell' Italia con infesto esercito, il quale, tostochè Dante fu consapevole, esser già arrivato, ed aver Brescia, non piccola città della Francia Citeriore, assediato con ingente mano di armati cavalieri, e fanti, stimando questo come tempo al suo ritorno propizio, decise ricalcar la via d' Italia. Laonde insiem con molti de' Guelfi, e dei Neri infesti nemici trapassate le Alpi, tutti si sforzavano d' ogni modo persuadere ad Arrigo, che intralasciato l' assedio di Brescia, col suo poderoso esercito contro Fiorenza marciasse. Ciò di leggieri potere ottenere lusingavansi: imperochè Arrigo, sin dal principio della sua elezione, avea spedito ambasciadori in quella, per rendere avvertiti i Fiorentini de la sua venuta in Italia; e per chiedere, che nella loro città gli preparassero alloggiamenti, e cessassero della guerra, che in allora per avventura contro gli Aretini muovevano. Quest' ambasceria, benchè assai benignamente fosse in pubblico udita, siccome da loro fù chiesto, pure in quanto a le dimande venne spregiata, e negletta. In questo tempo memore di un tal fatto Arrigo, propose di consentire a le molte persuasioni degli esuli Fiorentini. Il perchè tralasciato affatto l' assedio di Brescia, fe' mossa per Firenze. Viaggiando dunque per la Liguria, e valigando il Tirreno con trenta galee giunse a Pisa; e poscia a la volta di Roma indirizzossi, per coronarsi Imperadore. Ma per le moltiplici dissensioni de la Re-

*recte* (75) *ire non dubatur viterbii commoratus est: atque inde post romam petens urbem tandem intravit: ibique tam et si adversariis imperatorii nominis crebra prelia commissa essent demum adversariis enixe repugnantibus imperii coronam adsumpsit: in cujus quidem assumptione robertus inclytus sicilie rex ac florentini imprimis sibi admodum repugnaverant: corona itaque imperii per hunc modum assumpta hanc adversariorum repugnantiam perindigne ferens paulo post tibur se contulit erat enim imperatoris animus in adversarios pro illatis sibi rome impedimentis vehementer infensus* (76) *sed precipue in robertum sicilie regem ac florentinos utpote egregios suorum impedimentorum principes ardebat animus. At cum e* (77) *vestigio robertum haud facile ulcisci posset in florentinos conversus per sabinos et umbros iter faciens etruriam ingreditur per perusinum inde et cortonensem et aretinum agrum ducens florentiam usque perrexit: castrisque prope salvianum templum positis non longius ab urbe* (78) *trecentis fere passibus infestissimis exercitibus florentiam obsedit. Ad eum igitur ita prope urbem castrametatum universi florentinorum exules undique confluebant proinde dantes quoque se ulterius continere non potuit quin ingenti spe plenus epistolam* (79) *quamdam ad florentinos ut ipse vocat intrinsecos contumeliosam sane scriberet in qua eos acerbissime insectatur cum antehac de ipsis ho-*

pubblica non essendogli facile andar per la diritta, dimorò alquanto in Viterbo; e poi movendo per Roma, finalmente entrovvi. Quivi, tuttocchè spessi attacchi furonvi cogli avversi allo Imperial nome, infine, costoro vigorosamente rifiutando, prese la corona dell' Impero. Nella quale incoronazione alcerto più di ogni altro l' inclito Roberto Re de la Sicilia, ed i Fiorentini troppo gli erano stati contrarî. Pertanto la Imperial corona in tal guisa assunta, cotanta repugnanza degli avversarii sopportar non potendo, poco dopo andossene a Tivoli. Era l' animo dell' Imperatore fortemente aspreggiato contro i suoi nemici pegli ostacoli oppostigli in Roma. Ma principalmente di sdegno ribolliva contro Roberto Re de la Sicilia, e i Firentini primarii, e forti suoi oppositori. Or di Roberto non potendo incontanente ricattarsi, volto a' Fiorentini, e cammin facendo per la Sabina, e l' Umbria passò in Etruria; ed attraversato l' agro Perugino, il Cortonese, e l' Aretino giunse a Fiorenza. E posti gli accampamenti presso al tempio Salviano, non lungi da la città più di trecento passi circa, con infestissimo esercito assediolla. Tutti gli esuli Fiorentini adunque da ognidove traevano, per unirsi a lui sì presso accampato alla città. Però Dante ancora ebbro di speranza non potè tenersi di scrivere contumeliosa lettera ai Fiorentini suoi intrinseci, com' ei gli chiama, per la quale aspramente gl' incalza; mentre per l' innanzi era solito di loro onorevolmente

*norificentissime loqui solitus esset. In hac autem florentie urbis obsidione herricus complures dies commoratus crebra cum florentinis prelia committebat sed cum ab ipsis frequentibus preliis lacessitis toties* (80) *egregie admodum repugnaretur peracto deinum nihilo memoratu digno romam rursus repetere statuit. Verum in hac sua itineratione* (81) *ad bonconventum quoddam senensium oppidum divertens ibi e vita decessit. Quo circa exules qui herricum viventem sequebantur de suo in patriam reditu post mortem ejus desperantes* (82) *destituta prorsus omni revertendi spe novas sibi sedes varie philosophorum ingenuis perscrutabantur, dantes itaque apenninis* (83) *montibus superatis flaminiam contendit ea forte tempestate guido novellus ravenne ceterarum urbium ejus provincie vetustissime presidebat. Vir in omni doctrinarum genere pre ceteris principibus eruditus, hic pro sua quadam erga doctos homines benignitate eruditissimos viros summe colere et observare solebat. Ubi ergo novellus hunc prestantem poetam cujus maxima fama non italiam solum sed universum etiam pene terrarum orbem jam peragraverat flaminiam accessisse accepit statuit hominem ravennam ut secum familiariter viveret quovis modo benevole accersere quamobrem ipsum de hoc sui vehementi desiderio seu per epistolas seu per legatos certiorem fecit rogans etiam atque etiam ut secum quandoquidem in patria habitare non dabatur vitam degere nequaquam denegaret:*

parlare (*x1*). In questo assedio di Firenze Arrigo più di perdurando, spesso coi Fiorentini veniva a le armi. Ma siccome da loro per frequenti avvisaglie provocati con altrettanta forza si resisteva, niente operato che sia degno di memoria, statui tornarsi di nuovo in Roma. Ma in questo suo viaggio andando a Buonconvento castello de' Senesi, quivi morì. Pertanto gli esuli, che il seguivano vivente, perduta ogni speranza della tornata in patria per la morte di lui, andavano ideando varj progetti con mente filosofica, per istabilirsi altrove. Dante sorpassati gli Appennini, incamminossi per la via Flaminia. In quel tempo per avventura Guido Novello presedeva in Ravenna, città vetusta più di tutte le altre in quella Provincia, uomo assai più di ogni altro principa, in ogni genere di dottrina erudito. Questi per una certa benignità verso i dotti, soleva gli uomini di lettere sommamente proteggere, e rispettare. Tostochè dunque Novello seppe, andare per la via Flaminia un sì illustre poeta, la cui fama nell'Italia non solo, ma quasi nell'universo tutto gloriosa risuonava, stabilì invitarlo di maniera benevola, e amica, a voler vivere famigliarmente secolui in Ravenna. Perchè il fece avvertito con messi, e per lettere di questo suo veemente desiderio, a viva istanza pregandolo, che non essendogli dato di rimpatriare, non si negasse a menar vita secolui domestica; e ciò

*quod ut facilius ab eo impetraret non modo ut ait terentianus ille montes aureos pollicebatur. hec autem ubi dantes cognovit conspicatus magnanimi viri generosum animum confestim se ravennam contulit ut tam digno principi quamprimum obsequeretur atque secum obmissa omni ad patriam redeundi spe perpetuo familiarissime degeret: ravenne ergo a novello* (84) *per hunc modum benignissime receptus aliquot annos permoratus est: donec ad ultimum vite sue diem pervenerit; nam ravenne eum obiisse* (85) *constat: quo in loco et tempore rursus cum libris in gratiam rediens partim legendo partim alios erudiendo partim etiam cogitationes suas literis mandando humanitatis studia retenta semper animo licet illis temporibus ob multiplices varietates rerum diu intermissa magna cum diligentia mirum in modum usque ad extremum vite prosecutus est. Quod si quietiora ac tranquilliora non autem fluctuantia et procellosa studia divinus poeta habuisset qualem et quantum virum futurum conjectura augurari possumus quum quidem ipsum tot magnarum rerum curis impeditum ad summum omnium doctrinarum cumulum ex celebrationibus* (86) *scriptis suis pervenisse luce clarius appareret. Ravenne igitur ut supra diximus complures annos reliquum vite sue tempus commoratus nonnullos sane homines egregios preslanti ingenii viros materno sermone ita erudivit ut nonnulli ex*

per impetrare facilmente, più che aurei monti, siccome dice un Attore in Terenzio (XII) promettevagli. Queste cose come prima Dante ebbe conosciute, ammirata la magnanimità di quel gran personaggio, prestamente tramutossi a Ravenna, per secondare al più presto possibile un principe sì degno, e, tolta ogni speranza di rivedere la patria, mai sempre vivere familiarmente seco lui. Per questa guisa dunque da Novel benignamente accolto, in Ravenna ei dimorò molti anni, finchè poi giunse allo estremo dei giorni suoi; poichè costa, in Ravenna lui esser morto. Nel qual luogo, e tempo di nuovo coi libri in amistà tornando, parte col leggere, parte coll'istruire, e col tramandare in iscritto i suoi pensamenti, ritenendo sempre all'animo gli studj di umanità, benchè per le tante svariate vicende de' tempi intermessi, con gran diligenza, ed in guisa sorprendente gli esercitò sino alla fine di sua vita. Che se il divino poeta studj più pacati e securi, non procellosi e fluttuanti avesse fatto, quale, e quanto più eccellente sarebbe divenuto, possiam per sola cognettura supporlo; apparendo certamente da' più celebri suoi scritti più chiaro de la luce, esser lui, benchè così distolto da tante cure, e grandi bisogne, al colmo di ogni dottrina pervenuto (XIII). In Ravenna dunque, come sopra abbiam detto, dimorato molti anni del rimanente di sua vita, taluni nobili di lodato ingegno sì bene istruì nel materno favellare, che alcuni volgari tra loro, come dicesi, non quasi poe-

*his vulgares ut ajunt non vulgares poete haberentur. hanc suam materni sermonis poeticam hic noster poeta primus apud italos per paucis ante* (87) *annis adinventam uno pene omnium consensu non secus nobilitavit quam aut homerus grece apud grecos aut virgilius latine apud latinos quondam suam quisque apud suos illustraverit. hic enim primus in hac sua poetica florentino idiomate pre ceteris egregie admodum nobilitato magnam humanarum et divinarum rerum cognitionem una voce omnium tradidisse perhibetur eum prius levia quedam frivolaque dumtaxat gravioribus omissis vulgares poete suis carminibus prodidissent. hanc quoque magnam tantarum rerum gravitatem* (88) *singulari quodam ac pene incredibili dicendi lepore in hoc suo divino poemate mirabiliter condivit. Talia igitur et hujusmodi agentem ac meditantem mors importuna prevenit ; de qua priusquam dicere incipiam non alienum* (89) *fore putavi ea summatim exponere que ad ejus formam habitum cultum et mores pertinere videantur. fuisse traditur inclitus hic poeta mediocri et decenti statura facie* (90) *pallulum oblonga oculis paulo grandioribus naso aquilino latis pendentibus maxillis inferiori labio aliquantulum quam altero supereminentiori colore fusco capillis ac barba prolixis nigris subcrispisque de quo quidem si quis etiam rerum minimarum nimium* (91) *curiosus forte dubita-*

ti volgari si debbano tenere. Questa maniera di poetare in patria lingua il nostro poeta il primo tra gl' italiani, pochi anni avanti inventata, non altrimenti nobilitò per consenso quasi universale, che Omero in greco presso i Greci, o Virgilio in latino presso i Latini, ed ogni altro un tempo la sua appo i suoi abbia illustrato. Perciocchè egli il primo per questa sua poesia assai ingentilito l' idioma Fiorentino, più che altri non mai abbia fatto, corre universal voce, estese cognizioni della Divine, ed umane cose aver lasciato scritte: quandochè pria i volgari poeti ne' loro carmi, ommessi più gravi temi, altro non abbiano prodotto, che vanissime baie. La gravità di sì grandi obbietti in questo suo divino poema benanche seppe mirabilmente co' sali di moltissima grazia condire. Siffatte cose dunque mentr' ei meditava, ed eseguiva, impronta morte il prevenne; della quale pria che discorra, ho stimato non essere alieno dal soggetto, succintamente sporre tutto che sembra a la forma, a l' abito, a la coltura, a' costumi di lui appartenere.

Si racconta essere stato questo inclito poeta alto regolarmente della persona, di volto alquanto bislungo, di occhi anzi grossi che piccoli, aquilino il naso, le mascelle grandi, e pendenti, il labbro di sotto un po' più dell' altro proteso, la carnagione bruna, la barbe ed i capelli neri, lunghi, e un po' ricciuti; di che, se taluno troppo curioso de le cose anco minime, abbia per caso alcun dubbio,

*rit paucis accipiat quod ob hanc ipsam capillorum et coloris qualitatem sibi verone tunc commoranti accidisse quidam memorie prodiderunt quadam namque die* (92) *urbem perambulans prope januam cujusdam domus forte pertransibat : ubi nonnulle matrone pro more civitatis considentes confabulabantur quarum una* (93) *ubi dantem pertranseuntem conspexit confestim ad alteram proprorem conversa vide inquit vide hominem qui ab inferis proficiscitur cum* (94) *umbrarum illic assistentium nova ad vivos refert : tam enim fama prime partis sue commedie percrebuerat ad hanc ita loquentem illa suo sermone lecessita subito iusulse nimis ac muliebriter ut solent in hunc modum respondisse fertur. Vera soror narras siquidem barba ejus subcrispa et ater* (95) *color propter obscuriorem quemdam inferiorum colorem nebulosumque* (96) *fumum sententiam tuam veram esse aperte testantur. incessu insuper gravis securus tristis semperque cogitabundus erat: proinde subcurvus provecta etate aliquantulum incedebat.*

*Sunt qui dicunt ipsum gratioris aspectus fuisse : ceterum ejus effigies in basilica sancte crucie in parietibus extat ea forma qua revera in vita fuit ab optimo quodam ejus temporis pictore egregie depicta induebatur etiam antequam exularet mediocriter non spetiose admodum uti tanti viri gravitatem decere* (97) *vel*

senta in breve che mai ne vien tramandato, essergli accaduto intorno a la riferita qualità del colorito, e de' capelli, mentre a Verona ei dimorava. Dapoichè andando un giorno per la città, passò per avventura avanti la porta di una certa casa, dove alcune donniccinole, giusta il costume del paese sedute, favoleggiavano; una de le quali non sì tosto vide Dante passare, che volta a la più vicina, disselle » Vedi, vedi l'uomo, che vien dall'Inferno, mentre de le ombre colà raccolte nuove cose riferisce a' viventi. Tanto erasi divulgata per tutto la fama della prima parte della sua Commedia. A lei che sì parlava, l'altra per siffatto discorso mossa, dicesi, ben tosto aver in maniera troppo insulsa, e usa di donne replicato ». Il vero mi dici, sorella; la di lui crespa barba, la nera carnagione per quella tal negrezza, e quel globoso fumo de le bolge infernali, tetto il tuo giudizio apertamente fanno (XIV). Inoltre avea egli un portamento grave, e franco; era malinconico, e sempre pensoso; e nel declinar degli anni alquanto curvo camminava.

Avvene di alcuni, che dicono, lui essere stato di più leggiadro aspetto. Del resto la sua effigie di forma al vero consimile da buon pittore di quel tempo assai ben dipinta, trovasi nelle pareti de la Basilica di Santa Croce. Nel vestire messo alquanto bene andava, anche pria che fosse cacciato in esilio, non già in guisa troppo elegante, siccome ad

*maxime videbatur. Ea enim tempestate patrimonium non modicum possidebat: nam et domos splendidas florentie et aliquot predia urbis menibus finitima variis in locis habebat. Cibi quoque potus parcissimus erat: delicatos laudare solebat grossioribus vero plurimum vescebatur: ventri deditos quos castrimargos greci vocant vehementer objurgabat: etenim ex illa veteris cujusdam sapientis sententia eos qui talia agerent potius vivere ut essent quam esse ut viverent dictitare consueverat: in adolescentia vero sonis* (98) *cantibusque usqueadeo oblectabatur ut cum ejus temporis peritioribus artis musice magistris frequentius conversaretur quorum nimirum summa quadam voluptate allectus atque exhilaratus florentino idiomate et soluta oratione et carmine multa egregie composuit: quo quidem dicendi genere non solum ceteros omnes pace cunctorum dixerim facile superavit sed posteros etiam prestantis ingenii viros quadam incredibili dicendi suavitate et copia imitandi tam suave loquendi genus percupidos* (99) *accumulatissime reddidit. Lascivis aliquantulum amoribus ob noxius plus indulsisse* (100) *visus est quam viro philosopho convenire videretur quod etiam potius gratiose hominis nature quam cuidam gravissimi viri levitati mea sententia adscribendum non injuria putavi ut de socrate philosophorum omnium severissimo scriptum esse constat quem in libidi-*

uomo sì grave sembrava massimamente affarsi. Scarso non era in allora il suo patrimonio; poichè magnifiche case posedea in Firenze, ed alcuni fondi in varî punti limitrofi e le mura de la città. Era nel cibo, e nel poto parcissimo: lodar solea le dilicate vivande, e sempre le frugali preferire: quei dediti al ventre stoltamente, Castrimargi detti da' Greci, acremente rampognava; e soleva dire, giusta la sentenza di un degli antichi sapienti, che coloro, i quali così facessero, vivrebbero piuttosto per magnare, anzichè mangierebbero per vivere. Così poi dilettavasi nella sua giovinezza di suoni, e canti, che dei più famosi suonatori, e cantori di quel tempo assai mostrossi amico, di che sempre allegratosi, e toltane voluttà, molti componimenti e in prosa, e in versi in fiorentino idioma bellamente scrisse. Nella qual maniera di comporre, il dirò con pace di tutti, non solo gli altri facilmente superò, ma benà i posteri di elevato ingegno, per la dolcezza, e facondità del suo dire, desiderosi sommamente rendette d'imitarne sì bello stile. Agli amori alquanto lascivi soggetto, sembrò esservisi abbandonato più che a un tanto filosofo non paresse convenire (XIV): il che, secondo mio avviso, più presto a piacevol natura d'uomo, che a leggerezza di tanto gran personaggio, giustamente ho stimato, doversi attribuire; sì come costà essere stato scritto intorno a Socrate, di tutt'i filosofi il più austero, che troppo proclive a la libidine talum

*nes proniorem fuisse nonnulli memorie prodiderunt: cum enim ab egregio quodam illius temporis phisionomo qui ex habitu et forma corporis animarum motus et perturbationes se intelligere ac demonstrare profitebatur ipse libidinibus obnoxius indicatus esset admirantibus cunctis cachinnationibus phisionomum deridentibus socrates dixisse fertur hujusmodi phisionomi de se judicium verum extitisse · asserens se natura* (101) *ad libidines proniorem: magna tamen modestia non solum illam inclinationem naturalem temperasse sed penitus vicisse ac superasse. Raro nisi interrogatus loquebatur idque non temere sed ab intimo ut ajunt pectore longe ante premeditata edere videbatur. In cognitione rerum ita vigilantissimus erat ut in mediis viis* (102) *nonnunquam lectitare consuesceret. Quo circa heluo libri quemadmodam de catone scribit cicero non immerito eppellari poterat. Ut enim cato quamvis gravissimus ac sapientissimus esset in ipsa* (103) *tamen curia quandoque legere consuerat antequam senatus cogeretur sic iste vir singularissimus in mediis ut ajunt viis interdum lectitabat: nam cum ei libellus quidam non antea visus a sene prope cujusdam opificis tabernam forte oblotus esset ita cupide et attente lectitavit ut suavissimi variique multiplicum strumentorum soni ab ejus perpetuo lectione vel paulisper dimovere numquam potuerunt quin totum legendo percurreret: tametsi eo tempore forte dies festus pro more civitatis universi populi concursu*

ricordano. Perciocchè dichiarato soggetto a tal vizio da un certo fisonomista celebre di quel tempo, che dall' abito, e dalla forma del corpo le proprie inclinazioni, e le passioni dell' animo diceva comprendere, a spiegare, tutti maravigliando, e beffandosi di lui, dicesi aver Socrate risposto, che retto era stato il giudizio di quello intorno a sè, affermando troppo per natura sentirsi a libidine inchinato, e tuttavia aver cotale natural tendenza non solo colla modestia rattenuto, ma del tutto vinto. Ben di rado, se non interrogato, Dante parlava, e non dicea cose inconsiderate, ma tratte come suol dirsi dall' imo petto, e che sembravan premeditate lungamente. Era sì attento, ed assiduo nell' apparare le cose, che sin anco in mezzo a le vie sen andava leggendo. Perchè meritamente potevasi dire ghiotto di libri, siccome di Catona scriveva Tullio. Dapoichè, come Catone, quantunque grave e sapientissimo, nella curia, pria che il Senato si ragunasse, a quando a quando legger solea, così quest' uomo singolarissimo di mezzo a le vie come dicesi, talvolta camminava leggendo. Un certo vecchio avendogli a caso offerto un libretto per l' innanzi non veduto, vicin la bottega di un artista, sì curioso, e attentamente lesselo, che dolcissimi, e varii suoni di più stromenti dalla lettura di quello non poterono, sia per poco distorlo; che anzi tutto scorselo, sebbene in quel momento festa solenne si celebrasse, giusta il costume della città, tutto il popolo con ogni sorta di musicali stro-

*omni cum consonantium strumentorum genere prope eam locum ubi legebatur speciosissime celebraretur et quod mirabilius videri debet interrogatus quonammodo se unquam continere potuerit quin tam celebre ac tam solenne festum prae oculis celebratum aliquantisper saltem non conspexisset : nihil sane se audivisse respondisse fertur. Elegantissimum in orando fuisse perhibent quod frequentes ejus legationes ad multos cum illustres principes tum ad summos pontifices manifeste declarant. Ad hec accedit quod perinde ac semprinceps quidam in republica ob summam ejus elegantiam regnare videbatur : fuit preterea et acerrimi ingenii et fidelissime memorie quarum complurima testimonia afferre possem si liberet : sed* (104) *nimiam prolixitatem veritus uno solo et eo quidem peregregio testimonio contentus ero : parisiis forte aderat : quod se post federici augusti obitu ut antea diximus mox retulerat ibique in magna excellentissimorum virorum turba solus cum ceteris de rebus divinis altissime simul atque subtilissime disputabat proinde cum multa et inter se diversa super variis de rebus altissimis questionibus numero ut ferunt quatuordecim adversarii* (105) *in medium adduxissent omnia singillatim eo ordine qua proposita fuerant non sine singulari quadam omnium admiratione et fideliter replicavit et admirabilius persolvit.*

*Honoris insuper et gloria cupidior fortasse fuit quam tanto ac tam gravi philosopho convenire vi-*

menti nel luogo, ov' ei leggeva, affollandosi. E quel che più ne desta maraviglia si è, che richiesto di qual maniera abbia mai potuto contenersi di rivolgere lo sguardo, almen per un tantino, a la solenne festa, che sì pomposamente innanzi a lui celebravasi, dicesi, abbia risposto, nulla avere udito.

Vi sono alcuni, che affermano, essere lui stato elegantissimo nell' orare; il che le frequenti sue ambascerie a molti illustri Principi, non che a sommi Pontefici chiaramente comprovano. Vi si arroge, che quivi come a Principe della Repubblica per la sua singolare eleganza sembrava donneggiare. Fu inoltre di troppo acuto ingegno, e di fedelissima memoria, di che, se lecito mi fosse, molte testimonianze potrei addurre, ma per temà di prolissità di una soltanto avvalgomi, e questa è in vero sorprendente. Trovavasi egli per caso a Parigi, poichè come sopra abbiam detto, dopo la morte di Federico Augusto eravisi tosto ritirato; e quivi in numerosa assemblea di eccellenti persone altamente, e sottilmente a solo disputava cogli altri su Divine cose. Imperò gli opponenti sino a quattordici varii temi intorno altissime quistioni, avendo, come dicesi, prodotto, tutti ad uno ad uno con l'istesso ordine, ond'erano stati proposti, non senza universale ammirazione fedelmente replicogli, e più ammirabilmente gli disciolse.

Di onore benanche, e gloria ansioso ei visse, forse più di quanto sembrava dicevole a un sì gra-

*deretur. Sed et magni philosophi et severi etiam theologi a* (106) *naturali glorie cupiditate ob rei quamdam incredibilem ut ajunt suavitatem se abstinere non potuerunt quamquam multa de contemnenda gloria libris suis memorie mandarint. hac ergo glorie cupiditate natura hominibus insita poeta noster inflammatus pre ceteris ut arbitror poeticam adamavit: etenim poete boni ea tempestate quam aut philosophi aut mathematici aut denique theologi longe pauciores erant quod et antea a conditione orbis terrarum usque ad hec nostra tempora repetitum fuisse constat: semper enim poete boni et oratores paucissimi fuerunt. Laurea insuper poete cesaresque vetusto grecorum latinorumque more per ea adhuc tempora coronari consuerant. hujus quidem lauree de qua loquimur se cupidissimum fuisse non modo ipse non inficiatur sed pluribus quoqua suorum scriptorum locis sepenumero manifeste testatur: quod sibi profecto non immerito contigisset ut laurea corona sua tempora insignita* (107) *fuissent* (108) *si ullo unquam tempore ab exilio revocatus esset: sed in exilio degens lauream quam tantopere cupiebat suscipere* (109) *non injuria mea quidem sententia neglexit. In hac poetica quantum ipse valeat* (110) *longe facilius judicare quam plane explicari posse crediderim, quippe poeticam diu antea per noningentos* (111) *circiter annos vel demortuam vel sopitam summus hic poeta primum in lucem excitavit: jacentemque ac prostratam ita erexit ut vel*

ve, e tanto filosofo. Ma gli stessi rinomati filosofi, non che gli austeri teologi non poterono astenersi della natural bramosia di gloria per una certa dolcezza incredibile, che, come dicono, ella c' inspira, contuttochè molte cose ne' loro libri sul dispregio de la medesima abbiano scritto. Per cotal desio di gloria dunque e noi connaturale, ond' era il nostro poeta più di ogni altro acceso, come mi credo, amò la poesia. Conciossiachè i buoni poeti in quell' epoca erano ben pochi, e men de' filosofi, de' mattematici, infine dei teologi; il che dal principio del mondo infino a di nostri, è certo, così essere avvenuto; mentre i valenti poeti, e gli oratori mai sempre pochissimi furono. Inanio allora erano ancora solíti i poeti, ed i Cesari coronarsi di alloro, secondo l'antico costume dei Greci, e dei Romani. De la laurea, di che si parla, essere lui stato cupidissimo, non solo ei non lo infossa, ma bensì in più luoghi dei suoi scritti apertamente, e reiterate volte il contesta; perciocchè di certo non immeritamente gli sarebbe avvenuto, essergli cinte di alloro le tempia, se mai dall' esilio fosse stato richiamato. Ma lungi dalla patria stando, la pur troppo meritata laurea, che ardentemente ambiva, secondo mio parere, trascurò prendersi. Nella poesia quanto ei si vaglia, crederei, esser più agevole ognun per sè giudicarlo, che poterlo ben con parole esprimere. Questo sommo poeta il primo a nuova luce riportò la poesia, già da quasi nove cento anni spenta, od almeu sopita; e giacente e prostrata sì come

*ab exilio per eum revocata vel postliminium reversa vel e tenebris in lucem excitata fuisse videatur cum jampridem tot annos demortua jacuisset ac non solum primum eam in lucem excitavit sed cum sana etiam catholicaque nostre fidei doctina convenire mirabiliter demonstravit perinde ac veteres poete divino quodam spiritu afflati fuissent ac sanam et veram doctrinam cecinissent: preter hec quoque divinus poeta illud effecit ut non modo eruditissimis viris sed plebeis etiam idiotis quibus plane sunt omnia velata poemata placerent ne ii qui ad eloquia latina aspirare non possent poetice omnino expertes essent: fuit preterea et generosi et alti animi nam cum ad patriam remeare ardentissime cuperet propterea tamen reverti noluit quod ab unico redeundi remedio ob solam animi magnitudinem suapte natura abhorrebat: quidam namque ejus amici primum quia ipsum unice adamabant deinde ut sibi frequentius oranti obsequerentur suam in patriam reversionem apprime exoptabant ac propterea cum nonnullis principibus civitatis de hoc ipso diligentius pertractaverant omnemque eorum pertractationem penitus irritam fore apparuerat nisi ipse magnum quoddam dedecus summisse uiuis et abiecte subiret. id hujusmodi esse videbatur ut primum multum admodum mansuesceret a suis deinde adversariis summis precibus veniam peteret. Ad publicos quoque carceres per aliqua temporum*

